

sicut est nec secum, quia bonum est ens reale sed veritas est bonum intellectus Item tunc veritas esset nichil et per consequens laborantes ad sciendum veritatem laborarent ad sciendum vnum nichil quia omne ens rationis nichil est quia aliquid et res conuertuntur ergo quod non est res est nichil.

Octavo queritur in quo formaliter est veritas qua est verum sortem currere. Forte dicitur quod est subiective in intellectu. Contra compositio que est in intellectu significat verum vel falsum significatum autem eius est obiectum ergo in obiecto est subiective veritas sicut enim sanitas non est in vrina quia est signum eius ita nec veritas in mente quia est signum eius. Item omnis respectus est in suo fundamento scilicet fundamentum veritatis est in re. Item quicquid est in intellectu est vera res oportet ergo quod veritas iterum per aliam veritatem esset vera. Nec potest dici secundum scilicet quod veritas sit subiective in rebus quia aliquando res de qua formatur propositio vera non est a parte rei ut patet dicendo adam est homo vel nulla chimera est. Item dicendo homo non est asinus quero vel illa veritas est in homine vel in asino non est portio ratio de vno quod de alio igitur etc.

Nono autem ex lactantio in libro de opificio dei probando quod sensus nunquam dicitur etiam per accidens quia quod estimemus vnam rem esse duas non est ex defectu sensus sed potius intellectus. Sensus enim naturaliter representat rem sicut est et supra facta sunt multa argumenta de sensu an decipiat.

Decimo arguitur si visus deciperetur per accidens hoc maxime esset per colorem causatum ex transitu radii solaris per vitrum. Sed hoc est falsum quia quero a quo causatur talis color contra parietem non a sole oportet agens esse simul cum passio nec ab alio. Item si sensus decipitur sequitur quod non possumus aliquid certitudinaliter demonstrare quia non potest esse maior certitudo in conclusionibus quam in principiis.

Undecimo queritur de intellectu angelico quomodo per respectum ad ipsum aliquid dicitur verum quia eius cognitio nec causatur a rebus nec est causa rerum.

Ad 1. dicitur quod etiam anima est subiectum bonitatis vel malicie ut patet de bonitate morali et ideo non solum in rebus extra animam est bonitatis sed idem in rebus dicitur esse bonitas et non veritas quia bonitas rerum non est ex actu appetitus sicut veritas est ex actu intellectus.

Ad aliud dicitur est supra quod nihil est obiectum intellectus.

Ad 2. dicitur quod deus cognoscit falsum et etiam cognoscit malum tamen propter hoc malum non dicitur esse in eo sed an deus sit propositio falsa videtur quod non quia tunc in ipso esset falsitas unde deus non componit nec dividit. Secundo dicitur quod falsitatem esse in alio quod ut in cognoscere non est tamen cognoscere falsitatem scilicet est habere preceptum representare rem aliter esse quam sit vel est apprehendere uniformitatem rei ad intellectum ubi nihil non est uniformitas. **Ad 3.** patuit in primo philosophie in rebus enim ipsis est quedam veritas et in intellectu nostro et in deo.

Ad 4. dicitur est ibidem quod deus est veritas et sic veritas fuit ab eterno tamen nulla erat falsitas nec aliqua propositio falsa fuit tunc formata. Sed queritur an sicut est aliqua relatio rei ad intellectum ita etiam sit aliquis respectus rei ad voluntatem et si sic queritur an comparatio causata in obiecto per actum voluntatis sit relatio rationis unde multi dicunt quod deus prius voluit sortem fore quam iudicaret ipsam fore. Queritur ergo an illa habitudo voluntatis ad rem voluntatis

sit relatio realis vel rationis non secundum quod non causatur per actum comparatum nostri intellectus si per actum voluntatis potest dici quod ideo est relatio rationis quia non habet esse nisi in intellectu vel per voluntatem que aliquomodo rationalis est. **2.** dicitur quod non omnis relatio rationis fit per actum intellectus quia aliqua est relatio rationis fantasie ad fantasiam ista tamen precedit actum intellectus.

Ad 5. videtur quod due propositiones non possunt esse simul in intellectu quia non possumus plura intelligere. Sed contra tunc nunquam aliquis posset scire vere se intelligere lapidem quia adueniente ista secunda intellectione cessat prima. Forte dicitur quod per istam secundam ego etiam intelligo lapidem. Contra tunc ista secunda intellectio habebit duo obiecta scilicet intellectionem et lapidem. Forte dicitur quod plures intellectiones subordinate possunt esse modo si propositio vera et propositio falsa non subordinantur et ideo non sunt simul licet vna hypothetica sit in mente que tamen est simplex qualitas nec inconuenit deum causare accensum falsitatis sicut causas substantiam odii.

Ad alia satis patet ex primo perihar.

Si dicitur falsitas est in adequato ergo non est ens posituum. Item scilicet de veri. q. 1. ar. 10. ad 3. dicitur nichil simpliciter esse falsum scilicet aliquid simpliciter sit malum et simpliciter falsitas nichil est. Item autem quod proprie in seculo sit falsitas sicut in intellectu quia proprie in intellectu dicitur esse falsitas quia non solum apprehendit sed iudicat scilicet est scilicet iudicat vnum vel alterum discernit iter album et nigrum ut dicitur supra scilicet non discernat iter colorem et sonum scilicet ergo in seculo apprehendere non sit proprie falsitas tamen in suo iudicio potest esse falsitas proprie ut videtur ex scilicet de veri. q. 1. ar. 11.

Dicendum quod omne contrarium est ens posituum tamen includit aliquo modo priuationem sui oppositi. **2.** dico scilicet aliquid dicatur esse possibile alicui tamen esse falsum est esse falsum simpliciter ut dicit scilicet de po. q. 6. ar. 1. ad 15. et ideo aliquid est falsum simpliciter. Nec ad falsum sufficit rem aliter esse in se quam in intellectu quia tunc intellectus esset falsus intelligendo vniuersale ut dicit scilicet de po. q. 7. ar. 6.



Ad 4. sic proceditur videtur quod substantia intellectiva non vnitur corpori quia in tertio de anima philosophie dicitur quod sensituum non est sine corpore intellectus autem est separatus per intellectum autem intelligit animam humanam igitur anima humana non vnitur corpori. Item videtur per se vel per accidens non vnitur quia vnitur per unionem que est accidens ergo vnitur per accidens nec secundum quia tunc ex ipsa et corpore non fieret vnum per se contra philosophie in secundo de anima. Sed contra per definitionem anima est actus corporis organi phisici ergo in forma corpus phisicum. **Respondeo** dicendum hic videnda sunt. **2.** **Primo** an anima intellectiva a qua homo denominatur intellectiuus sit substantia separata vel forma hominis. **Secundo** an sit vnus intellectus in omnibus hominibus. **Et non capio intellectum pro accidente de 2a.** specie qualitatis sed pro substantia a qua homo dicitur intellectiuus. **Tertio** an anima conuenienter vnitur tali corpori. **Quantum ad 1m.** dicitur **San. Tho. li. 2.** contra gen. ca. 57. secundum platonem nulla substantia intellectualis potest esse forma corporis. sed quia hinc positioni ipsa hominis natura contradicere videbatur quia homo componitur ex anima intellectuali et corpore ideo plato dixit animam vniui materie sicut motus